

portare crucem Christi, hoc est odia, & persecutio[n]es mundi propter confessionem Euangelii.

Gratior hic cultus Deo erit, si immis[s]am crucem, prompto animo & alacriter, non coacte suscipiemus.

Vbi tamen de sequentibus cautionibus fideles studiose sunt præmonendi:

1. Ne putent, quod ista crucis Christi portatione seu afflictionib. suis, aliquid apud Deum vel promereantur vel pro peccatis suis satisfaciant. Si n. satisfactiones essent, afflictiones piorum, necesse esset, & vt innocentes plane paterentur, & vt afflictiones eorum pares essent & æquipollentes infinitis passionib. Christi, id quod fieri nullo modo potest.

2. Ut prospiciat diligenter, ne patiantur, ob crimina seu flagitia sicut facinorosi, sed in causa iusta & bona, quātum quidem id fieri potest. Etsi n. maleficiis, sub carnifice ignominiose morientib. crux sua, si ad Christum conuertantur, æquè ac alteri latroni, Luc. 23. salutaris reddatur: nos tamen ne ita patiamur, dehortatur Petrus, I. Epist. 2. 20. & cap. 4. 15. 16.

3. Ut caueant, ne crucem aut calamitatem vltro sibi accer-  
fiant, vel negligentia vel petulantia, vel curiositate, vel alia qua-  
cunque causa: sed impositam immis[s]am ve[st]e Deo prompte in se  
tollant, & constanter ferant, neque tentent per illicita media,  
aut artes prohibitas ante tempus ab ea liberari, sed viam à Chri-  
sto monstratam, & sanctorum vestigium tantisper insequantur,  
donec Deus ipse onus impositum in hac vita vel subleuat, & re-  
spiranti tempus cōcedat, vel si ita illi placuerit, per mortem tan-  
dem optatam & felicem <sup>exp[er]ienciam</sup>, largiatur.

Atq; sic in doctrinā crucifixionis Christi historiam, vtiliter ap-  
plicabimus: Concludamus iam, quomodo ad roborandos & cō-  
firmandos animos nostros, eadē nobis inseruire possit. Ita verò  
hęc historia nos cōsolatur: I. Si ppter peccata & transgressiones  
nostras in hac vita varias à Sathanā tentemur, ad hanc crucem  
Christi, tanquam ad sacrā anchorā confugere debemus, & cōfi-  
dēter tentatori isti respondebimus. Christū pro peccatis nostris